

MENNONITE LIBRARY AND ARCHIVES

North Newton, Kansas 67117

Class No. ^M 289.7492 Date Received.....

Book No. I Donor.....

Accession No. v2017 Fund.....
23464

This book should be returned at the end of 2 weeks.

EX BIBLIOTHECA
J. W. SIX.

4

32409

92:2

17 portraits

Christophe van Sichen

naagler 4/804

8146

800

ICONICA 2nd

Christ

HISTORICA DESCRIPTIO PRAECI-

puorum Hæresiarcharum, qui ab Ecclesia Catho-
lica & Christiana ut sectarij ac Phanatici excom-
municati rejectique sunt; in qua eorum dog-
mata non minus, quam vitæ initium &
Finis breuiter perstringuntur: Cuius
modi antehac nunquam, sed
nunc primùm in lu-
cem prodijt.

Per C. V. S.



ARNHEMY.
Apud Ioan. Iansonium Bibliop. &c.
1609.

N. Monginot Bar. & theologus. 1668.

M
273
Sill
Bare
P. 1. Coll.



Rificis plurima prodire seclis
Et nostris inimica monstra Christo,
Quorum pars stygio furore rapta
Arri pestiferum evomit venenum:
Pars reducit ab inferis Sabelli
Dogma & Nestorij Eutythisque diras
Hæreses. Aliqui sibi arrogare
Messiæ officium, Davidis atque
Veri nomine venditare sese
Coram plebe avida novæ Sionis.
Apellæa manus tibi zichemi
Horum sculpsit imagines benigne
Lector; tu pretio tibi suaue
Hoc opus poteris parare parvo.

R. Lubban.



ARINHEMY
Apud Joan. Ianssonium Bibliop. &c.
1699.

23464

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



ARRIVS BISCHOP.

Anno à natalibus Christi trecentesimo quadragesimo quarto erat Alexandria quidam Episcopus nomine *Arrivus*, artibus & facundiâ non sine multorum admiratione præstantissimus, formâ spectabilis aptaq; membrorum proportione; qui suo dogmate & hæresi non solum Papam *Liberium*, Impp. Constantinum & Cōstantium; sed etiam universam poenè Christianitatem ad se illexit et seduxit, ac verborum lenocinijs demulsi, adeò quidem ut vix tres in Christiano orbe Episcopi veterem semelq; susceptam religionis professionem constantianimo tuerentur: Omnes unanimi ac tacito quodam consensu huic speciosæ hæresi patientes aures prælebant, unde necessarijs de causis concilium Nicenum ordinatum est: Verum Arianorum factionibus indes tanta hominum frequentia addebatur, ut potentiam nasci maximam reliquos Christianos crudeli persecutionis genere, cuiusmodi nunquam antè auditum, hostilique odio persequerentur. Ab illorum fide dissentientes sedibus suis expellebantur, aut trucidabantur; aut denique eorum fidem vi conscientijs illatâ amplecti cogebantur, ut Historiæ Ecclesiasticæ docent. Summa dogmatis hæc erat; Filium non esse Patri coæternum, coessentialem & consubstantialem, sed Patre minorem ac inferiorem, eiusdemq; cum eo consensus & voluntatis: ad quæ dogmatum portenta confirmanda abutebatur dicto Ioannis, Ego et Pater unum sumus, quod ipse interpretabatur de unitate non essentia, sed consensus & voluntatis. Quamquam filium Deum et quidem magnum Deum appellabant; tamen eum verum ac ipsum Deum viventem, aut huic essentiâ vel substantiâ similem & æqualem non credebant. Prompti admodum paratiq; erant ad ogganniendum ijs, quæcunque ex S. Litteris pro veritatis patrociniò proferebantur, & loca de vno Deo Iudæorum instar ad Filij Deitatem destruendam pertinaciter urgebant. Quando illis obijciebatur dictum Ioannis, Ego et pater unum sumus; ogganniabant; Si unum hoc loco significat esse unius eiusdemque essentia, Paulum et Apollinem eundem hominem eiusdemq; substantia fuisse Consequetur, quum 1 Cor. 3. scriptum sit; Qui plantat & qui irrigat sunt unum: atque ita unum esse ad voluntatem & consensum referebant, & quemadmodum de duobus bonis amicis dicitur, Hi duo sunt unum, sic etiam unum esse de Filio & Patre intellectum volebant. Vocem Trinitatis ludibrio habebant fabulamque ex humano cerebro profectam dicebant. Christum creaturam & filium Dei vocabant, at Sp Sanctum creaturam Christi, quasi is ex Christo natus esset & processisset: unde etiam eum à Maria originem sumpsisse nec antea existisse contendebant. Rebaptizabant omnes, quotquot in nomine S Trinitatis baptizati erant, & Christum filium Dei esse non secundum Spiritum aut Deitatem, sed secundum humanitatem credebant. Cum Deus filium habere nequeat. *Arrivus* in concilium Nicenum cum multis suarum partium Episcopis advocatus *Athanasio* artem magicam exprobrabat eiusque dogma toto animo averfabatur. Cum quodam tempore eum posteriora urgerent, cum excremento intestinis effusus dignum moribus dogmateque suo exitum vitæ invenit.



MACHOMETUS.

Anno à natalibus Christi trecentesimo quadragesimo quarto erat Alexandria quidam Episcopus nomine *Arrivus*, artibus & facundiâ non sine multorum admiratione præstantissimus, formâ spectabilis aptaq; membrorum proportione; qui suo dogmate & hæresi non solum Papam *Liberium*, Impp. Constantinum & Cōstantium; sed etiam universam poenè Christianitatem ad se illexit et seduxit, ac verborum lenocinijs demulsi, adeò quidem ut vix tres in Christiano orbe Episcopi veterem semelq; susceptam religionis professionem constantianimo tuerentur: Omnes unanimi ac tacito quodam consensu huic speciosæ hæresi patientes aures prælebant, unde necessarijs de causis concilium Nicenum ordinatum est: Verum Arianorum factionibus indes tanta hominum frequentia addebatur, ut potentiam nasci maximam reliquos Christianos crudeli persecutionis genere, cuiusmodi nunquam antè auditum, hostilique odio persequerentur. Ab illorum fide dissentientes sedibus suis expellebantur, aut trucidabantur; aut denique eorum fidem vi conscientijs illatâ amplecti cogebantur, ut Historiæ Ecclesiasticæ docent. Summa dogmatis hæc erat; Filium non esse Patri coæternum, coessentialem & consubstantialem, sed Patre minorem ac inferiorem, eiusdemq; cum eo consensus & voluntatis: ad quæ dogmatum portenta confirmanda abutebatur dicto Ioannis, Ego et Pater unum sumus, quod ipse interpretabatur de unitate non essentia, sed consensus & voluntatis. Quamquam filium Deum et quidem magnum Deum appellabant; tamen eum verum ac ipsum Deum viventem, aut huic essentiâ vel substantiâ similem & æqualem non credebant. Prompti admodum paratiq; erant ad ogganniendum ijs, quæcunque ex S. Litteris pro veritatis patrociniò proferebantur, & loca de vno Deo Iudæorum instar ad Filij Deitatem destruendam pertinaciter urgebant. Quando illis obijciebatur dictum Ioannis, Ego et pater unum sumus; ogganniabant; Si unum hoc loco significat esse unius eiusdemque essentia, Paulum et Apollinem eundem hominem eiusdemq; substantia fuisse Consequetur, quum 1 Cor. 3. scriptum sit; Qui plantat & qui irrigat sunt unum: atque ita unum esse ad voluntatem & consensum referebant, & quemadmodum de duobus bonis amicis dicitur, Hi duo sunt unum, sic etiam unum esse de Filio & Patre intellectum volebant. Vocem Trinitatis ludibrio habebant fabulamque ex humano cerebro profectam dicebant. Christum creaturam & filium Dei vocabant, at Sp Sanctum creaturam Christi, quasi is ex Christo natus esset & processisset: unde etiam eum à Maria originem sumpsisse nec antea existisse contendebant. Rebaptizabant omnes, quotquot in nomine S Trinitatis baptizati erant, & Christum filium Dei esse non secundum Spiritum aut Deitatem, sed secundum humanitatem credebant. Cum Deus filium habere nequeat. *Arrivus* in concilium Nicenum cum multis suarum partium Episcopis advocatus *Athanasio* artem magicam exprobrabat eiusque dogma toto animo averfabatur. Cum quodam tempore eum posteriora urgerent, cum excremento intestinis effusus dignum moribus dogmateque suo exitum vitæ invenit.



MACHOMET DEN AERTS-KETTER.

MACHOMETUS.

A Nno sexcentesimo vigesimo primo sub imperio Bonifacii quinti & imperate Heracleo ortus est quidam non simplex, sed inter ceteros Hæreticos quasi lupus, cui nomen Machometo, de cuius noxiâ & pestiferâ doctrinâ et traditionibus Apostolus, teste *D. Hieronimo nos Act. 20.* satis superque præmonuit. Hic Machometus Pseudo-Propheta ex Arabia ortus primò eximius callidusque mercator erat, et ad extremum sedulus Diaboli Apostolus & Antichristi prodromus. ARRIVM maximis efferebat laudibus, ejusque maximis honoribus affectum dogma propagabat & sub lucem revocabat. Cum Sabellio Trinitatem negabat, cum *Arrio & Eunomio* Christum creaturam & hominem constituerebat, eumque Deum appellari ridiculum iudicabat. Cum Carporate Christum nec Deum, nec sanctum Prophetam statuit; Cum Cerdonio deum filium, aut sibi similem habere posse impossibile esse existimat. Cum Manichæis hoc habet commune, quod non Christus sed alijs quispiam ei similis crucifixus sit: Cum Donatistis omnia Ecclesiæ sacramenta rejicit: Cum origine Diabolo, qui quidem humano sed invisibili modo cruciati sunt, ad extremum saluatum iri dicit. Eternam beatitudinem in voluptate carnis positam esse cum Corintho, affirmat: & carnis circumcisionem cum Ebionitis admittit, et sic deinceps. Eiusdem secû fidei hominib⁹, multas ducere & habere uxores, et cum Moysæ concubinas concedit: Postquam hic Hæreticus diem suum obiit, Mechæ sepultus est in ferreâ urnâ, quæ a magnete quodam ad fornicem templi pertracta homines antè deceptos in errore detinuit & confirmavit, ut Pseudo-prophetez in urnâ fornicis artificiosè agglutinatâ recubantis sanctitatem multò magis suspicerent. Eius dogma in univêrso imperio Turcico docetur & riteque observatur, quasi à Deo datum & inspiratum esset.



LUDOVICUS HÆRETUS

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



LODOWYCK HETZER PREDICER AVERDE 1529
TOT COSTANTZ ONTHOOF T

LUDOVICUS HETZERUS.

Exortus est quidam Doctor nomine Ludovicus Hetzerus à Catholicâ Ecclesiâ pro hæretico habitus, vir eximiâ eruditione præstans, qui primò Nicolao Storckio & Monetario adhæsit, à quibus tamen postea descivit, eû eorum cæpta ab omnibus principibus destrui videret, & concilio cum Ioanne Denckio communicato quosdam Prophetas Germanicè transtulit, sed de quibusdam articulis dissensio inter ipsos coorta est non levis, adeo quidem ut peculiare quandâ sectam in orientaliore Alemaniz tractû introduxerit. Paucis diebus elapsis peragrata Helvetia Bernâ peruenit, ubi non paucos suæ factionis asseclas sibi conciliavit, quæ res ad senatû delata causa fuit ut sub salvo conductu Hetzerus cum suis invitaretur ad publicâ disputationem Soningæ constitutam in Cal. Iulias Anni millesimi quingentesimi septimi, cui tamen ipse Hetzerus non interfuit, sed eius discipuli, quorum fumos Oecolampadius divini verbi lampade, & fulgore discussit, eosque vicit. Ex numero quidem Anabaptistarum erat, sed Christum non esse Deo equalem & eiusdem cum Patre essentia palam docebat, quod indicant ipsius Rythmi Germanici, quorum hic sensus est, Ego solus sum vnus ille Deus, qui nullo auxiliare manus præbente omnia creavit. Si quæras quot simus, Ego solus sum, non sumus tres, nec agnosco vllam personam. Vnus sum nec hoc nec illud: cui hoc non indico, is nihil intelligit. Trium linguarû cognitione excellebat, & Salomonis Ecclesiasten ex Hebraico in Germanicum vertere cæperat. Quantâ animi constantiâ mortem subierit, quam piè populum circumstantem admonuerit, & quibus precibus auxiliium Domini cum admiratione multorum imploraverit testatur Plaurerus, Anno 1529. 3. Non Feb. post diurnam ac poenè intolerabilem captivitatem Constantiæ capitis damnatus extra urbem gladio decollatus est, non propter Anabaptismum (ut ait Plaurerus) aut seditiones, sed quod corpus suum illicitis stupris contaminasset, & quod id peccatum coram quibusdam nec cum voluntate, nec cum verbo Dei pugnare se comprobaturum dixisset: cuius tamen eum tantoperè præiuit ut se indignum iudicaverit quem lictores ad locum supplicij deportarent.



THOMAS MONETARIUS.

ANno post Christum incarnatum millesimo quingentesimo vigesimo primo & secundo pars quaedam prodijt hominum seditiosorum, qui occultarum variarumque inter se sectarum autores erant et quorum plurimi in Saxonia ad fluvij Salæ ripas habitabant. Mira Somnia et visiones iactabant, seque Dei colloquio clam præmoneri aiebant, et pro divina veritate discipulis suis obrudebant, se propediem fore conditores et inchoatores novi cuiusdam regni mundani, in quo iustitia vigeret; sed primum opus esse ut omnes increduli principes, Magistratus, et à sua secta alieni e medio tollerentur. Ex istorum hominum execranda colluvie prodijt Thomas Monetaeus, qui huic igni oleum infudit: nam gladium Gedeonis sibi a Deo traditum esse confidenter affirmabat, quo adversus tyrannos uteretur, et hac viâ circa Mulhusium et Franckhusium maximam Agricolarum copiam coëgit, qui adversus suos magistratus insurgentes Plurimos nobili genere natos paternis sedibus pellebant, eorumque arces, vicos et pagos ferocissimè spoliabant nudabantque. Comes provincialis Hassiæ, et dux Saxoniz hisce seditionibus perterriti maximas coëgere copias, unoque die circiter quinque millia Agricolarum profigarunt; quod cum Monetaeus videret Franckhusium confugit, ibique a cuiusdam nobilis ministro in lecto simulans morbum deprehensus est, qui eum stricto gladio nomen suum confiteri coëgit: qua confessione intellectâ Monetaeus exemplò Vinculis constrictus ad Comitem provinciam perductus est, à quo rigidè examinatus et interrogatus, quâ de causa miseros homines sefellisset, respondit se exequentum esse ea, quæ Deus iusserat. Ob hæc acriter torus culpam confitebatur veniamque suorum delictorum rogabat: quibus peractis eius caput, ut alijs exemplo terrorique esset, erecto stipiti infixum est.



IOHANNES MATTHÆUS

Ano post Christum incarnatum millesimo quingentesimo vigesimo primo & secundo pars quaedam prodijt hominum seditiosorum, qui occultarum variarumque inter se sectarum autores erant et quorum plurimi in Saxonia ad fluvij Salæ ripas habitabant. Mira Somnia et visiones iactabant, seque Dei colloquio clam præmoneri aiebant, et pro divina veritate discipulis suis obrudebant, se propediem fore conditores et inchoatores novi cuiusdam regni mundani, in quo iustitia vigeret; sed primum opus esse ut omnes increduli principes, Magistratus, et à sua secta alieni e medio tollerentur. Ex istorum hominum execranda colluvie prodijt Johannes Matthæus, qui huic igni oleum infudit: nam gladium Gedeonis sibi a Deo traditum esse confidenter affirmabat, quo adversus tyrannos uteretur, et hac viâ circa Mulhusium et Franckhusium maximam Agricolarum copiam coëgit, qui adversus suos magistratus insurgentes Plurimos nobili genere natos paternis sedibus pellebant, eorumque arces, vicos et pagos ferocissimè spoliabant nudabantque. Comes provincialis Hassiæ, et dux Saxoniz hisce seditionibus perterriti maximas coëgere copias, unoque die circiter quinque millia Agricolarum profigarunt; quod cum Matthæus videret Franckhusium confugit, ibique a cuiusdam nobilis ministro in lecto simulans morbum deprehensus est, qui eum stricto gladio nomen suum confiteri coëgit: qua confessione intellectâ Matthæus exemplò Vinculis constrictus ad Comitem provinciam perductus est, à quo rigidè examinatus et interrogatus, quâ de causa miseros homines sefellisset, respondit se exequentum esse ea, quæ Deus iusserat. Ob hæc acriter torus culpam confitebatur veniamque suorum delictorum rogabat: quibus peractis eius caput, ut alijs exemplo terrorique esset, erecto stipiti infixum est.



IOHANNES MATTHIÆ.

Anno saluatoris nostri 1531. exoruit est quidam pistor Harlemensis, nomine Ioh. Mathiæ, vir quidem indoctus, sed callidus, audax, et disertus. Huic impudica carnis cupidine illicito amoris stimulo incitato vxor legitima cum propter senium tum propter deformitatem displicere cepit, et filiam cuiusdam Cerovisarij, quæ formâ erat venusta, deperiit eamque miris blanditijs illectam Amstelodamum in locum ab omni turba remotum clanculum abduxit, ibique se doctorem ferebat, et sibi à Deo mysterium revelatum nugabatur, se videlicet secundum esse Enochum ac secundum testem Dei: unde etiam diversos, queis manum imposuerat, in diversas regiones ablegavit, inter quos pseudo-christianos et Prophetas Iohannes Beuckels Leydenfis erat, qui illius iussu Monasterium mittebatur, ubi et ipse Iohannes Matthiæ postea inventus est, qui se varias visiones atque ipsum Dei spiritum vidisse affirmabat. Cum Episcopus Monasterium obsidione cingeret (ut in sequentibus prolixius declarabitur) ex severo edicto sanciebat, vt omnes Monasterij habitantes mobilia sua bona in unum comportarent et nihil sibi proprium haberent sub poena capitis et confiscationis omnium bonorum: Deinde ut quilibet libros suos exceptis S. bit lijs in forum deportarent, quò comburerentur. Inter multos quidam antiquâ virtute et fide nomine Hubertus Trutelingius inveniebatur, faber ferrarius, qui cum eum pro ridiculo habuisset, evestigio ad Pseudo-prophetam delatus et ab ipso crudeliter interemptus est. His sic actis arrepto gladio quasi furore correptus extra urbem procurrebat, vt hostes suos in fugam verteret, sed à Milinico quodam milite hasta transfixus dignum suis sceleribus exitum sortitus est.



THEODORUS SARTOR INDIVAGUS.

Anno 1531. exoruit est quidam pistor Harlemensis, nomine Ioh. Mathiæ, vir quidem indoctus, sed callidus, audax, et disertus. Huic impudica carnis cupidine illicito amoris stimulo incitato vxor legitima cum propter senium tum propter deformitatem displicere cepit, et filiam cuiusdam Cerovisarij, quæ formâ erat venusta, deperiit eamque miris blanditijs illectam Amstelodamum in locum ab omni turba remotum clanculum abduxit, ibique se doctorem ferebat, et sibi à Deo mysterium revelatum nugabatur, se videlicet secundum esse Enochum ac secundum testem Dei: unde etiam diversos, queis manum imposuerat, in diversas regiones ablegavit, inter quos pseudo-christianos et Prophetas Iohannes Beuckels Leydenfis erat, qui illius iussu Monasterium mittebatur, ubi et ipse Iohannes Matthiæ postea inventus est, qui se varias visiones atque ipsum Dei spiritum vidisse affirmabat. Cum Episcopus Monasterium obsidione cingeret (ut in sequentibus prolixius declarabitur) ex severo edicto sanciebat, vt omnes Monasterij habitantes mobilia sua bona in unum comportarent et nihil sibi proprium haberent sub poena capitis et confiscationis omnium bonorum: Deinde ut quilibet libros suos exceptis S. bit lijs in forum deportarent, quò comburerentur. Inter multos quidam antiquâ virtute et fide nomine Hubertus Trutelingius inveniebatur, faber ferrarius, qui cum eum pro ridiculo habuisset, evestigio ad Pseudo-prophetam delatus et ab ipso crudeliter interemptus est. His sic actis arrepto gladio quasi furore correptus extra urbem procurrebat, vt hostes suos in fugam verteret, sed à Milinico quodam milite hasta transfixus dignum suis sceleribus exitum sortitus est.



DIEDERICK SNYDER DEN EERSTEN ALIA WIT ENDE NAECT LOOPER

THEODORUS SARTOR NUDIVAGUS.

Anno à Natalibus Christi 1535 4. id. Feb. septem è grege Anabaptistico viri cum quinque mulieribus Amstelodami in angiportu salis domi Iohannis Sibeti patre-familiàs absente congregati sunt, quorum caput Theodorus Sartor. Hic Enthusiastico spiritu raptus et coram suis fratribus et sororibus in terram prolapsus horribiles preces fundebat, vt omnia, quæ in cubili erant, loco moveri viderentur. Precibus hisce finitis surgebat, seque Deum in maiestate suâ vidisse, cumque eo colloquutum et in coelo ac inferno fuisse, itemque novissimum diem instare dicebat. Quum hæc dixisset, omnibus se vestibus exuebat, aded quidem ut non haberet, quibus pudenda tegeret: quod itidem reliquos facere iubebat addebatque veritatem nudam esse debere, ideoque omnia è terra sumpta ac profecta ab illis deponenda. His sic actis imperabat omnibus, ut quodcunque se facere viderent, illi itidem facerent, et evestigio nudo corpore foribus exiliebat, quem reliqui sequebantur nudi horrendisque clamoribus et ululacibus talia proferentes: VÆ VÆ VÆ, vindicta Dei, vindicta Dei, vindicta Dei &c. Atque hoc pacto tanquam insania et furore Dæmoniaco correpti universam per urbem bacchabantur, tantisque clamoribus omnia perturbabant, vt fundamenta Amstelodami commoveri viderentur. Cives tanto tumultu excitati civitatem proditam esse putabant, et ilico armis induti hos nudi-vagos omnes apprehenderunt, qui 4. Non. Martij ejusdem anni gladio cervicis feriendas præbere coacti sunt. Primus è carcere productus clamabat, Laudate semper Dominum: secundus, vindica sanguinem servorum tuorum: Tertius, Aperite oculos vestros: quartus, VÆ, VÆ, VÆ. Deinde quinque mulieres, de quibus supra dictum est, pro meritis etiam supplicio affectæ sunt, ut alijs terrori et exemplo essent.



DAVID GEORGIUS.

David Georgius vir spectabilis annos circiter quadraginta natus cum in Germaniâ inferiore non brevis temporis spatium transgressisset, suæque sectæ erroneæ aliquandiu primarius extitisset, tandem anno 1544. quorundam amicorum sodalitate comitatus Basileam profectus est, ibique nomine mutato Iohannes à Broeck vocari voluit, et à proceribus urbis habitandi locum sibi petiit, simul addens se propter Evangelij professionem patriam pulsam: quo audito à magistratu in numerum civium adscitus est. Postquam civibus esset adscriptus et iuramentum pro more præstitisset, tria suæ familiæ quovis tempore summâ curâ observanda iniunxit, quorum primum ne quis nomen Davidis Georgij proderet: secundum, ne quis vitæ statum aut conditionem cuiquam indicaret: Tertium, ne ququam suæ sectæ locum adsciscerent. Nihilominus tamen scriptis suum dogma late disseminavit, videlicet se verum esse Davidem à Deo emissum, ut regnum Israël iam penè collapsum instauraret, et Tabernaculum Iacobi erigeret; immo verum se jactabat Messiam, dilectum filium patris, in quo Pater acquiesceret. His addebat penes se esse potestatem salvandi et condemnandi, seque in novissimo die vivorum et mortuorum fore iudicem. Obijt anno milliesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, licet se immortalem prædicaret, et honestè sepultus est: nam eius horribilia dogmata nondum cuiquam innocuerant, sed successu temporis magis magisque indices manifestata sunt. Magistratus de omnibus certior factus corpus eius sœdum squalidumque tertio post obitum anno, quo se resurrecturum prædixerat, è sepulchro protrahi et à carnifice comburi curavit unâ cum omnibus scriptis et libris, interquos erat miraculorum libellus ipsius manu conscriptus, et effigies ad vivum delineata.

JOHANNES BRUCKER

David Georgius vir spectabilis annos circiter quadraginta natus cum in Germaniâ inferiore non brevis temporis spatium transgressisset, suæque sectæ erroneæ aliquandiu primarius extitisset, tandem anno 1544. quorundam amicorum sodalitate comitatus Basileam profectus est, ibique nomine mutato Iohannes à Broeck vocari voluit, et à proceribus urbis habitandi locum sibi petiit, simul addens se propter Evangelij professionem patriam pulsam: quo audito à magistratu in numerum civium adscitus est. Postquam civibus esset adscriptus et iuramentum pro more præstitisset, tria suæ familiæ quovis tempore summâ curâ observanda iniunxit, quorum primum ne quis nomen Davidis Georgij proderet: secundum, ne quis vitæ statum aut conditionem cuiquam indicaret: Tertium, ne ququam suæ sectæ locum adsciscerent. Nihilominus tamen scriptis suum dogma late disseminavit, videlicet se verum esse Davidem à Deo emissum, ut regnum Israël iam penè collapsum instauraret, et Tabernaculum Iacobi erigeret; immo verum se jactabat Messiam, dilectum filium patris, in quo Pater acquiesceret. His addebat penes se esse potestatem salvandi et condemnandi, seque in novissimo die vivorum et mortuorum fore iudicem. Obijt anno milliesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, licet se immortalem prædicaret, et honestè sepultus est: nam eius horribilia dogmata nondum cuiquam innocuerant, sed successu temporis magis magisque indices manifestata sunt. Magistratus de omnibus certior factus corpus eius sœdum squalidumque tertio post obitum anno, quo se resurrecturum prædixerat, è sepulchro protrahi et à carnifice comburi curavit unâ cum omnibus scriptis et libris, interquos erat miraculorum libellus ipsius manu conscriptus, et effigies ad vivum delineata.



JOHAN BEUCKELS VON LEYDEN.
IOHANNES BEUCKELS

ANno 1533. aliquâ Westphaliæ parte peragrata Monasterium venit quidam sartor nomine Iohannes Beuckels, qui se novæ Hierosolymæ regem ferebat, pædobaptismû rejiciebat, quindecim vxores ducebat, quod cuilibet regiâ scilicet indulgentiâ permittēbat) duodecim tenatoribus electis duo aurea diademata sibi confici procurabat, aureo scepro in signis vestibisque auro intertextis per plateas equitabat. A tergo sequebatur nobilium cohors comitata duobus adolescentibus equo pretiosis apparatibus instructo vestis, quorum prior dexterâ Diadema, sinistra S. Biblia ferebat; alter verò dextera strictum gladium, sinistra globum continebat. Hos ordine longo sequentur duodecim Bipenniferi viridibus et cæruleis induti togis, itidemque eius Regina. In medio foro regale solium habebat tribus gradibus ascensum præbens, ubi et ipse tractione panis ordinata mensæ ministerium obibat: cæna verò finita unicuique bolum panis offerebat his verbis: Accipite, Comedite et annunciate mortem Domini. Regina ad eundem modum circumstantibus offerebat poculum dicens; bibite et annunciate mortem Domini. Interea quidam militi unâ accumbenti crimen Iudæ proditoris falsò impingebatur, quem ipse Rex capite truncavit dicens Patrem hoc voluisse. Vrbe ab Episcopo diurnâ obsidione cinctâ plurimisque fame enectis unâ suarum vxorum nomine Elsa Fullonia istiusmodi scelera cum Dei voluntate non convenire aiebat, quæ ob id in medio foro postis genibus procumbens ab ipso rege decollabatur coram reliquis vxoribus inter saltandum canentibus; Gloria Deo in excelsis. Quum regnum huius regis circiter biennium sceleris, luxu, stupro, scortatione, latrociniis florivisset, et Episcopus vrbe vi potitus esset, Rex captus deducebatur ad Episcopum, cui quærenti, cur miserum suum populum seque perdidisset, omni pudore profligato respondit; Sacrifice si perdidisti te, novi viam qua te ditiozem pluribusque opibus affluentem reddere queam. Corberum ferreum tibi fabricari cura, cui me impositum per regiones tuo imperio subditas circumvehes; et quicumque me videre voluerit, festertium expendito. Post multa tandem tormenta capitis condemnatus est, et eius carnem duo carnifices ignitis forcipibus discerpserunt, eumque cum socijs æternæ memoriæ ergò à summitate turris S. Lamberti suspenderunt in ferreis corbibus, qui in hodiernum usque diem à prætereuntibus conspiciuntur.



BERNHARDUS KNIPPERDOLLINGIUS.

ANno 1534 Bernhardus Knipperdollingius à suo grege Consul Monasterij creabatur una cum Gerardo Kippinbrockio, postquam omnibus templis direptis bonis Ecclesiasticis infando sacrilegio sublati, templo Mauritiij alijsque spendidis ædificijs & cœnobijs igni vastatis summam potestatem consecuti essent. Triplo elapso per plateras discurrentes subinde clamitabant; Respiscite, et à suâ sectâ alienos vrbe extrudebant. Civibus vi illata arma eripiebant eaque inter se distribuiebant: è locis suburbanis et vicinioribus per literas emissas maximam suæ factioni ad hærentium frequentiam in vibem pertrahebant variaque somnia et vanas imaginationes prædicebant. Pistorius eorum propheta Harlemensis mandabat ut cives omnia sua ornamenta aurea et argentea cum omnibus, quæ possiderent, in domum quandam foro proximam eamque in usum apparatus comparent: Deinde omnes libri, S. Biblijs exceptis, Vulcano tradebantur. Knipperdollingius altero ante festum Paschatis die vaticinabatur fore ut ij, quibus gravium maiorumque rerum administratio obtigisset, ad humiliorem statum demitterentur, seque hoc mandatum à Deo accepisse dicebat. Hoc vaticinio divulgato Iohannes Beuckels Rex Knipperdollingio gladium tradebat dicens; Tu posthac non eris Consul, sed carnifex idque; Deus voluit: quod munus sibi delegatum Knipperdollingius summâ cum reverentia suscipiebat. Quum cives præ fame in foro concurrerent et conjuratione facta quosdam à Pseudo-prophetis caperent, inter quos forte Knipperdollingius erat, reliqui certiores facti illi supetias latum veniebant et ex conjuratis quinquaginta captivos trahebant, quos stipitibus trabibusque affixos crudeliter transfixerunt. Interea quidam Propheta Iohannes Cognomine Tuscosius aurifex dicebat Iohannem Beuckels totius orbis propediem fore Regem, quod Ioh. Beuckels subauscultans, illico regeffit, sibi id quidem à Deo iam dudum mandatum, Sed se id revelare non audere. Cum quodam tempore ingens hominum frequentia in forum conveniret arteque cohæreret, vt commodius dicenda audirent, Knipperdollingius manibus pedibusque innixus supra capita terēbatur, et unicuique in os sufflabat dicens; accipito Sp. sanctum: quibus multas blasphemias, quas propter prolixitatem non referemus, addebat. Vrbe capta ignitis forcipibus disceptus et à summitate turris S. Lamberti in corbe ferreo suspensus est.



MELCHIOR HOFMANNUS.

A Nno 1528 Melchior Hofmannus Argentorato Emdam venit, ubi postquam circiter trecentos viros totidemque mulieres suæ factioni adscivisset, anabaptismum, nisi quis salutis suæ prodigus esse veller, suscipiendum et admittendum docuit. Anabaptismi virus primus Germaniæ inferiori inculit: adhuc facundus et argutus erat, omnesque ad se properantes baptizabat. Argentoratum reversus est juxta vaticinium cuiusdam senis Frisij, qui ipsi prædixerat fore ut illic semi-anni spatio in carcere detentus et deinde vinculis solutus verum EVANGELIUM per universum orbem cooperantibus discipulis et socijs, qui eum pro ELIA Propheta haberent, prædicaret. Regni Monasteriensis columna fuisse creditur. Argentoratum cum pervenisset, concionatores ad publicam disputationem provocavit, quæ etiam senatus permisso habita est in quodam colloquio die undecimo Jan. An. 1532. instituto, ubi à ministris Ecclesiæ ejus error solidè confutatus est: verum cum doceri nollet, et se suæque somnia et visiones passim jactaret, denuò ut insanæ mentis homo in carcerem detrusus est, quo factò non solum gaudebat, sed etiam Deo gratias agens calceos à pedibus avulsos cum pileo in aërem projiciebat, perq; Deum iurabat se pane et aqua victurum donec extento digito monstraret eum, à quo missus esset. Multi Prophetæ prophetabant eum post semi-annuum carcere emissum cum centum et quadraginta quatuor millibus Prophetarum in universum orbem exiturum, quorum potentia fretus totius orbis incolas tam efficaci anathematis fulmine feriret, ut nullus ipsi resisteret. Quædam Prophetissa prophetabat Melchiorum Eliam, Cornelium Poltermannum Enochum, et Argentoratum esse novam Hierosolymam, seque in ampla quadam aula multas sorores fraterisque unà sedentes vidisse, ad quos juvenis albis vestibus indurus accedebat manu tenens auream pateram, quam nemo propter potum efficacem, quem continebat, præter C. Poltermannum evacuare poterat. Melchior carcere conclusus datis litteris mandabat, ut ad exemplum Esdræ et Aggæi causam baptismi spatio biennij missam facerent, donec Deus alterum illis Cyrum excitaret. His adhuc alia somnia et visiones addebat, quibus discipuli ejus maiorem, quam verbo Dei, auctoritatem tribuebant; ad extremum verò prorsus evaserunt, et ipse Melchior in Carcere obiit.



MELCHIOR HOEMANNUS.


Anno Christi servatoris nostri 1535. mense Martio homo quidam seditiosissimus nomine Hermannus ab Arena prodijt, qui verum sese prophetam verumque Messiam, arque aded ipsum Deum patrem palam venditabat. Discipulos suos per diversa loca Frisæ emisit, ut annuntiarent pacem et novissimum diem, qui instaret, ut ad se confugerent si modò servari vellent. Gloriabatur insuper quod claudos pristinæ sanitati restituere valeret, cui tamen contraria operatio in quodâ Eppone Petri liquido deprehensa est, qui claudus erat claudusque manebat. Tantum furiosis suis negotijs effecit ut una nocte trecenti homines baptizati sint, quibus jam baptizatis corpore umbilico tenus nudato in lecto sedebat horribiliter et quasi a Cacodæmone agitarus subinde clamitans: Occidite, occidite, occidite monachos et Papicolas cum omni magistratu. His mox subijciebat: Orate, Orate, Orate, tempus illud instat. Univerfa multitudo his auditis in terram positis genibus supplici voce precabatur, et interea quidam intrabat, cui nomen Cornelio in Cemeterio, qui lecto Patris astans se Filium deprecabatur, mirasque visiones jactabat, et simul se excitarum ut pro humano genere intercederet: qui talibus Patrem sollicitabat dicitis: O Pater miserere Populi; O Pater sis ijs propitijs &c. Parer e vestigio apprehenso Cyatho astantibus dicebat: Accipite, bibite Sp. sanctum in corpus vestrum: quibus multa huiusmodi abominabilia propter prolixitatem non repetenda addebat. Paucis diebus elapsis hic pseudo-messias et Pater captus est, sed non sine molestia; nam cum eum apprehensuri essent arrepto tridente circiter quadraginta viros propulsabat, eosque nudus dæmoniaco impetu insequeretur: quâ audacia fretus de improvviso tandem circum septus et captus Groningam perductus est, ibique in carcere interijt, filius verò pedum celeritate adiutus au- fugit. Et sic duo hi seditiosi turbones suis tandem rebus sine imposto turpiter è vivis discesserunt.



HERMANUS SCHOENMAECKER GENAEMT DEN VADER OPT SÂNT GAF HEM WT VOOR EEN PROPHEET.

HERMANNUS ab ARENA CALCEARIUS.

Anno Christi servatoris nostri 1535. mense Martio homo quidam seditiosissimus nomine Hermannus ab Arena prodijt, qui verum sese prophetam verumque Messiam, arque aded ipsum Deum patrem palam venditabat. Discipulos suos per diversa loca Frisæ emisit, ut annuntiarent pacem et novissimum diem, qui instaret, ut ad se confugerent si modò servari vellent. Gloriabatur insuper quod claudos pristinæ sanitati restituere valeret, cui tamen contraria operatio in quodâ Eppone Petri liquido deprehensa est, qui claudus erat claudusque manebat. Tantum furiosis suis negotijs effecit ut una nocte trecenti homines baptizati sint, quibus jam baptizatis corpore umbilico tenus nudato in lecto sedebat horribiliter et quasi a Cacodæmone agitarus subinde clamitans: Occidite, occidite, occidite monachos et Papicolas cum omni magistratu. His mox subijciebat: Orate, Orate, Orate, tempus illud instat. Univerfa multitudo his auditis in terram positis genibus supplici voce precabatur, et interea quidam intrabat, cui nomen Cornelio in Cemeterio, qui lecto Patris astans se Filium deprecabatur, mirasque visiones jactabat, et simul se excitarum ut pro humano genere intercederet: qui talibus Patrem sollicitabat dicitis: O Pater miserere Populi; O Pater sis ijs propitijs &c. Parer e vestigio apprehenso Cyatho astantibus dicebat: Accipite, bibite Sp. sanctum in corpus vestrum: quibus multa huiusmodi abominabilia propter prolixitatem non repetenda addebat. Paucis diebus elapsis hic pseudo-messias et Pater captus est, sed non sine molestia; nam cum eum apprehensuri essent arrepto tridente circiter quadraginta viros propulsabat, eosque nudus dæmoniaco impetu insequeretur: quâ audacia fretus de improvviso tandem circum septus et captus Groningam perductus est, ibique in carcere interijt, filius verò pedum celeritate adiutus au- fugit. Et sic duo hi seditiosi turbones suis tandem rebus sine imposto turpiter è vivis discesserunt.



HERMANNUS ad ARENA CALCEARIUS.

A...



JOANNES HUT IN MERHERN.

IOHANNES HUT.

Eodem tempore, exortus est quidam non vulgaris doctrinae doctor, cui nomen Iohanni Hut eximus patronus eorum, qui Anabaptismo suscepto paedobaptismum inutilem judicabant, quum infantem propter inscitiam nec intelligerent quicquam nec crederent. Paedobaptismum pro execranda hominum traditione habebat, unde de necessitate salutis esse acriter contendebar ut homo quilibet suae salutis avidus in nomine Patris et Filij et Sp. Sancti rebaptizaretur, idque cum Conditione respicientiae et melioris vitae. Hoc modo baptizatos titulo pop. Israelitici ornabat, qui omnes pravos Cananitas gladio eradicarent, sed ipsum Dominum tempus, quo haec peragenda essent, manifestaturum subinde clamitabat. Visionibus et somnijs plurimum tribuebat, quibus se certiozem fieri aciebat de terribilibus miraculis, quae Deus sua suorumque asseclarum opera exsecutus esset. Praeterea se ex revelatione quadam divina certissime scire affirmabat, quod dies Domini instaret, et quod Angeli se vidente ad ultimum cantum tubas apparassent. His alijsque somnijs multi discipulorum moti bona sua et praedia turpiter inutiliterque decoxerunt putantes tantam bonorum copiam, quam possidebant, tam brevi temporis spatio non posse absumi: unde plurimi frustra novissimae lucis expectatione decepti bonis omnibus absumptis ad extremam inopiam redacti fuere. Quamvis haec sic acta fuerint, nihilominus tamen isti homines perditum tam enormibus fallacijs elusi advertere non potuerunt sibi negotium non fuisse cum Propheta, sed cum homine furij exagitaro. Eorum adhuc maxima pars in Merhernica regione regnat, ubi splendida non tantum aedificia et ampla monasteria incolunt, sed omnia bona communia habent. Viri, mulieres et utriusque sexus juvenes hac facultate et bona sua comportant, manuumque labore inedia propulsant intenti omnibus poene artibus Mechanicis, quibus inspectores praefecti sunt, quorum cura istiusmodi merces in varias regiones venum distrahuntur. Adde quod nec coqui nec oeconomii desunt, qui ijs de omnibus prospiciunt, haud secus quam in monasterijs et cenobijs: omnes omni discordia amota pacifice inter se vivunt, nec unus alteri vel honore vel autoritate praestat. Atque hi in hodiernum usque diem fratres Hutteni appellantur.




[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



BALTHASAR HUBMOR DOCTOR VON FRIDBERG.

BALTHASAR HUBMOR.

Iisdem ferè temporibus prodijt quidam vir eximie doctus, nec minus propter singularem facundiam dogmatibus suis in lucem proferendis idoneus, cui nomen D. Balthasari Hubmor à Fridberg, Tertius eorum, qui Anabaptismum in Germaniâ prædicaverant. Primò Ingolstadij in templo Divæ Virginis concionator fuerat, & inde cum Regensburgum pervenisset, tanto animi ardore in concionibus publicis Iudæorum usuram oppugnavit, ut sine magnâ molestiâ urbe expulsi non sint: Postea successu temporis peregrinationem ad venustam quâdam Mariam instituit. Ad extremum magis magisque indies in Anabaptistarum dogmatibus profecit nec parum negotij Tigurinis & Basiliensibus ministris faceffit, & dogmata sua omni conatu propagavit, donec venerandus senatus Tigurinus diem constitueret, quo eidem hæresi resistere, quod factum est 4. Cal. Ian. anno 1526: quo tēpore corâ senatu & civib⁹ disputationi interfuit eximius ille Theologus Ulricus Zwinglius alijs quibusdâ doctoribus Comitatus. Triduo elapso multisque negotijs trans actis Balthasar Hubmor in publicâ disputatione vi argumentorum tam solidè confutatus est, ut antè conceptis opinionibus suoque dogmati palàm renunciaverit. Articulorum, quos Tiguri, alijsque in locis docuerat, quibusque renunciarat, hæc summa erat: Anabaptismum quem docuerat, verbo Dei non consentaneum, adeoque humanam traditionem esse confitebatur. Spiritum hominis ut antè sic post lapsum permansisse incorruptum & nunquam peccatis esse assensum, et ob id eum non perdidisse libertatem, sed carnem, in qua tanquam in carcere detentum, coactum quidem fuisse poma vetito frui, sed tamen id cum displicentia fecisse, ideoque posse tam velle quam perficere bonum, atque ipsam carnem domare sibi subigere. Quamquam Balthasar suo dogmati palàm renunciavit, multosque ad sanio rem mentem reduxit, nihilominus tamen hæc secta funditus extirpata non fuit, sed per Helvetiam tacito adauctu longè lateq; serpsit. Postquam plurimis periculis rebusque adversis obnoxius fuisset, tandem captivus viennam perductus est, et post diurnam captivitatem multaque tormentis iussu imp. Ferdinandi iuxta normam iustitiæ vi ignis in pulverem redactus est, vxorq; in torrente quodam suffocata. Fidem, quam profitebantur, ad extremum vitæ halitum constanter servaverunt.



ROMBON HUBMOR

Faint, illegible text at the bottom of the left page, possibly bleed-through from the reverse side.



MICHAEL SERVETVS

Michael Servetus natione Hispanus miro ac phantastico quodam spiritu agitur animus à medicis studijs, quibus operam dabat, abstractum ad Theologiam appulit, et vigesimum quartum annum vix egressus se Prophetam & Doctorem huius mundi iactasse dicitur. Docuit et in lucem revocavit, quod omnes olim heretici itidem fecerunt, nempe Christum Salvatorem nostrum duntaxat respectu humanæ naturæ appellari Filium Dei atque ita eum cum Patre æternum et coessentialem Deum negabat. sp. Sanctum nihil aliud esse contendebar quam omnibus creaturis à Deo infusam vim, qua moverentur, corroborarentur, et sustentarentur. Sed suarum blasphemiarum hæc maxima est, quod Sanctam Trinitatem nempe Patrem Filium et Sp. sanctum tricipiti CERBERO (de quo Virgil. 6. Æn.) assimilare eamque aliquoties hoc nomine appellare ausus fuerit: Imo ad eos SS. Trinitati infensus erat, ut qui eius uterentur appellatione, eos sine Deo esse Deumque non habere proclamaret. In tantâ deinde impietatem et apostasiam iusto Dei iudicio prolapsus est, ut animas mortales diceret, Ecclesiam Israeliticam hanc fuisse statueret, ipsumque Moysen pro ridiculo prestigiatore et spermologo haberet: Præterea pædo-baptismum in Ecclesiâ Christi non ferendum censuit. Cum Basileam advenisset, ibique disputatio de cæna Domini esset instituta, suam quoque sententiam in medium proferre voluit, sed a doctore Oecolampadio confutatus verbiq; divini gladio exterritus templo excessit. Deinde inquieto Cacodæmone agitur Venetias adiit, unde tamen à civibus Melanchthonis literis præmonitis subito eiectus est. Inde Genevæ peruenit, ut illic suum dogma disseminaret, sed à magistratu coniectus est in carcerem, in quo à D. Calvino Ecclesiæ Genevensis sapius admonitus est, ut à falsis suis dogmatibus desisteret, quod tamen facere noluit, unde ad extremum hoc negotium iudicio Concionatorum Tigurensem, Basiliensium, Scafhusensium, Bernensium et Calvini subiectum est, qui unanimi consensu statuerunt Servetum igne esse comburendum, quod etiam factum est anno 1553 mense Decembri. In rogo stans erecto corpore misericordiam Domini implorabat et quidem summa animi constantiâ ad extremum vitæ halitum. Quicumque plura desiderat, Libros de Servetiano negotio editos, et D. Calvini defensionem adversus quosdam Calumniatores Castellionis et Cornherij spiritu correptos perlegat.

MICHAEL SER VETUS.

M

... de ...



ADAM PASTOR VAN DORPHEN.

Vir quidam natus Dorpij in Westphalia, cui nomē Adamo Pastori, pædobaptismum miris modis contemnebat, quodammodo ad stipulans Menoni Simonis et Theodoro Philippi, quibuscum egerat de multis cōtro-versijs exceptā eā, quæ est de Incarnatione: Nam Menno majestati Christi non convenire existimat carnē assumere ex semine Mariæ, hic verò Christi humilitati repugnare ait esse Deū: quā ratione ab Oreo revocat perniciosissimam Arrij heresim, quæ anno 343 viguit. In libro de Misericordia dei tālia profert: Vnum est verbū sententiarum; Quo die eo vesceris, morieris. Hoc verbum prolarum caro factum est *Ioh. 1.* Atque adeo Deus omnis passionis expertus factus est homo passioni obnoxius, immortalis factus est mortalis, en tibi sententiarum verbum, Christus pro nobis est mortuus, atque ut summam dicam, Christus haud aliter est dei filius, quam digitus et vox Dei. Hæ explicationes *Adami Pastoris* longè extra fundamenta Sacræ scripturæ vagantur, nihilque aliud quam pueriles nugas continent ut liquido apparet ex textu allegato *Gen 2 cap.* Deinde etiam vetus hæc heresis à Doctoribus piis Ecclesiæ Apostolicæ adversus Arium, ut et nostro tempore adversus Servertum plenè ac solidè confutata est. Quocirca benevolus lector tantummodo notet rationem sententiæ *Gen. 2.* quā *Adam Pastor* præceptum Dei hominibus iniunctum, ne fructū decerperent ab Arbore scientiæ boni et mali, nimis stolidè interpretatur de verbo, cuius *Ioh. cap. 1.* meminit, et quod homo factum est. Istiusmodi opinionum monstra hæc pettilens heresis progeniuit, ut homines S. litterarum rudes blandis ac speciosis verborum lenocinijs dicerentur: sed ubinam relinquunt Promissio in paradiso Adamo a Deo facta de semine mulieris? ubi promissiones factæ Patriarchis Abrahamo, Isacco, & Iacobo atque adeo Dei populo sub veteri fædere; In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ: Atque hoc semen teste Paulo est Christus, Nam hominis consolatio, ut deo reconcilietur, non consistit in temporali quādam rerum interdictione, sed sanctas Dei promissiones in Christo Iesu spectat. Huic perniciosæ heresi, cuius non Deus, sed homo author est, *M. Servertus* cum suis affectis anno 1555 animi conatu patrocinebatur.



MELCHIOR RINCK.

MELCHIOR RINCK

Eodem fere ævi curriculo prodijt quidam miri ingenij Spiritus acerque sectarius, qui novo quodam zelo percitus summo animi conatù anabaptismum docuit: Huic nomen erat Melchiori Rinck. Non solum alijs adstipularus est in eo, quod Anabaptismum maximis evexit laudibus; sed insuper etiam sedulus & eximius fuit somniator; qui omnia diuino instinctu se proferre nugabatur, quique hoc ipsum coram discipulis tantopere laudauit iisque inculcavit, ut sibi persuaderent, se tam arcto societatis vinculo deo esse conjunctos, ut quæcunque facerent, ea sibi diuinitus revelata statuerent. Huius rei manifestum exemplum S. Gallæ in Heluetia contigit in frequenti confessu Hominum utriusque sexus omniumque ætatum, cum quidam ex discipulis eius Thomas Schuckerus ex vana persuasione reuelatione fratrem suum Leonherum Schuckerum arripere, eumque coram parentibus alijsque adstantibus in frequenti concione positus genibus procumbere cogeret, & gladium posceas parentibus nonnullisque discipulis, quidnam facturus esset, quærentibus responderet: Estote omnes pacato & bono animo, nihil fiet nisi quod Deus voluit mihi; manifestavit. His verbis contenti, voluntati diuinæ indubitatam fidem adhibebant, & Thomas fratri suo euestigio caput gladio præcidit: quod cum magistratus intellexisset, eum captum postularunt in quæstionem de fraterna cæde, quam post acerrima tormenta ad extremam vitæ horam voluntati diuinæ non adversari pertinaciter contendebat. Hoc horribile exemplum accidit S. Gallæ in Heluetia anno millesimo, quingentesimo, vigesimo septimo: ex quo apparet, quanto zelo Homines miseri extra veritatis cancellos vagantes sua somnia defenderint. Deus opt. Max. istiusmodi abominandas cogitationes luce sui spiritus à cordibus nostris longè arceat, nosque per viam veritatis ad cæste gaudium perducatur, Amen.

Rege me bone iustitia Sol

8

28-1-76

